

GRATVLATIO

AD
ILLVSTRISSIMVM ATQVE EXCELLENTISSIMVM
DOMINVM,

DOMINVM
VVOLFGANGVM
DITERICVM
S.R.I.COMITEM
A BEICHLINGEN,

DYNASTAM HOYERSVERDAE, ZSCHOR-
NAE, BASELIZII, THALVIZII,
ETC. ETC.

CONSILII PVBLICI PRINCIPEM,
POTENTISSIMI POLONIARVM REGIS,
ET SERENISSIMI SAXONIAE ELECTORIS
ETC. ETC. ETC.

CANCELLARIVM MAGNVM,
REGII DANEBROGAE ORDINIS
EQVITEM AVRATVM SPLENDIDISSIMVM,

HEROEM IN TOGA,
MAECENATEM LITERATI ORDINIS INDVLGENTISSIMVM;
ET NOSTRA OMNIVMQVE LITERATORVM PRAEDICATIONE
ATQVE ASSENSV MAXIMVM,
CVM

RENOVATAE MAIORVM DIGNITATIS INSIGNIA,
ILLVSTRISSIMAE, ET AB VLTIMIS GERMANIAE SECVLIS
SPLENDIDISSIMAE GENTI SVAE,
AVSPICIO AVGVSTISSIMI ROMANORVM IMPERATORIS,
LEOPOLDI MAGNI,
EXCELSAE STIRPIS FAMILIARVM SPONTE-VINDICIS,
ET CONSERVATORIS GLORIOSISSIMI,
POSTLIMINIO ET PERAVSPICATO INFERRET,
HABITA PVBLICE IN TEMPLO ARCIS,
AVCTORITATE

ACADEMIAE VITEMBERGENSIS,

IX. KALEND. MAI. A.E.C. c15 15 cc II.

VITEMBERGAE SAXONVM,
PRELO CHRISTIANI SCHROEDTERI, ACAD. TYP.

GRATIA

IN
ILLUSTRISSIMO ATQUE EXCELLENTISSIMO
SACROSANCTAE ROMANAE IMPERII

DOMINUM

VOLFGANGUM

BITURICUM

SCILICET

ABEPISCOPUM

DIACONUM, SACRIS
SACRAMENTIS, THEOLOGICIS

ARTIBUS, ET
CETERIS BENE PRÆCIPUUM

POTENTISSIMI, DOMINARVM REGIS
ET SACRISANCTAE ROMANAE IMPERII

CHANCELLARIUM MAIORIS
ACADEMIAE VINDOBURGENSIS

ACADEMIAE VINDOBURGENSIS
ACADEMICI SENATUS

RENOVATAE MAIORIS DIGNITATIS DEONIA,
HABITANTIS IN VINDOBURGA

ACADEMIAE VINDOBURGENSIS
ACADEMICI SENATUS

ACADEMIAE VINDOBURGENSIS
ACADEMICI SENATUS

HABITANTIS IN VINDOBURGA

ACADEMIAE VINDOBURGENSIS
ACADEMICI SENATUS

ACADEMIAE VINDOBURGENSIS
ACADEMICI SENATUS



MAGNIFICE RECTOR,
PATRES, HOSPITES, CIVES,
FREQUENTISSIMI OMNIUM ORDINUM
AUDITORES.



Multis et gravibus causis
adductus sum, quoniam ob-
rem huius auctoritatem
loci contingerem, et vultu ac ver-
bis publicum Ordinis nostri gaudi-
um praeferrem, tribueremque id
honori generis antiquissimi, et ma-
ximis ab eo in nos extantibus me-
ritis, ut purpuratorum principi,
cuius illud ortum sibi vindicat, de
natali novae dignitatis, cum se-
ptimum et tricesimum natalem a-
geret, festo solenni que ritu gratu-
larer. Quas partes, ut mea pietas
est, subterfugere non potui, quo-
niam Dei, et Imperatoris Augusti
beneficio, splendidissima IMPE-
RII COMITIS insignia primus

A

genti

genti suae intulit, aut pristina repe-
tiit verius, et iam diu sibi debita, in
aulae, et orbis terrae luce recepit,
ac denuo, auspicatoque in perpe-
tuum coniunxit. Cuius profecto
maiores, multis ante seculis, sum-
mo in vicinia loco nati, et ab anti-
qvis Turingiae Comitibus pro-
creati, atqve in regionis illius fines
descripti, et in tabulas primorum
gentis procerum comitumqve re-
lati, ab Vnstruto flumine, ad supe-
riorem Albis oram progressi, in
Misniam commigrarunt, neqve a-
miserunt pervetustas Comitum i-
mages, sed aliquvandiu intermi-
serunt, modestiaeque causa, ad tem-
pus, gradu equestri se tenuerunt.
Veri nihilominus Comitum poste-
ri, titulo duntaxat nomineqve ab-
stinebant, nihil de ortu suo arro-
ganter loquentes, nihil de meritis
ambi-

ambitiose praedicantes, eam sibi legem dicebant, ut origines suas, et maiorum signa minime omnium iactarent, nec tamen ad vulgus se demitterent, stirpisque suae initia, vel imperite ignorarent, vel abiecte inficiarentur. Tanta vis divinae huius moderationis fuit, ut vindex familiarum Illustrium Leopoldus Imperator, non interpellatus, nedum rogatus, sponte sua, nec sine divino Numine, principem consilii, et parentem felicitatis nostrae **VVOLFGANGVMDITERICVM**, pervetusta **PROCE-RVM BEICHLINGIORVM** gente prognatum, secundis patriae auspiciis, publica Imperii formula Comitem crearet. Nihil ab Augusto felicius cogitari, nihil auspiciatus confici potuit, quam quod eum evexit, quem demerendis Regibus

gibus genitum sciebat, quemque
Saxoniae datum reputabat, ut Ger-
maniae perinde, ac Sarmatiae res
difficilimas explicaret, is praefer-
tim, qui a tali stirpe ortus, atque ab
his maioribus propagatus, novita-
tis invidiam nascendi gloriaeque,
ac agendi solertia superaret. Illa
certe hereditas gentilitiae laudis,
quam sanguini debet, omni alia,
quamvis lautissima, potior est, sed
haec infinitis praestat intervallis,
quae cumulate augetur quotidie,
et magnis amplificatur accessio-
nibus, nec nisi ex animo agnosci-
tur et aestimatur. Tale vero, et
tam amplum divinitus ei consti-
tutum, ac relictum est patrimo-
nium aviti paternique nominis,
quod constanter servatum, et co-
piose locupletatum, atque admi-
rabili omnis elegantiae varietate

adig

orna-

ornatum, nulla temporum iniuria infirmavit et sustulit, nulla aemulorum acerbitas debilitavit unquam et fregit. Quae res coelesti quodam consilio provisâ est, ne deesset nobis auctor exemplorum patriae saluberrimorum, adiutorque operum in republica maximorum, quae cum ceteris admirationi sunt, tum Regibus, clavum imperii tenentibus robur afferunt, praecipuumque splendorem. Ita vero gloria inclytæ gentis non obscurata, sed maiori luce collustrata, novo, quod auspiciati sumus, seculo praeluxit, ut quae in aliis singula, haec in uno illo simul omnia atque universa spectaremus. Perpaucis haec contingit felicitas, quae diviniore auspicio heroi togato tributa est, et notas ac signa futurae magnitudi-

B

nis in

nis in tenera aetate ostendit, nec
multo post, quam adoleverat, e-
ventus confirmavit, quanta ipsius
esset indoles in fingenda moribus
fortuna, et quanta celeritas in capi-
endo ingenii cultu, quae item vis
mentis in perspiciendis, et tractan-
dis dextre negotiis, quae denique
acies iudicii in exquirendis accu-
rate et observandis rationum civi-
lium momentis, et apto ordine mo-
doque distingvendis. Ille enim
vero prius in porticu sapientum
versatus est, quam attigit rempu-
blicam, spatiisque ibi confectis, sva-
vitate literarum delinitus, omnis
aevi exempla collegit opportune
et sepoluit, eoque instituto usus
est, ut opes copiasque dicendi cum
ubertate consilii, et dignitate stu-
diorum illustrium, abiectis inani-
um cogitationibus, arctissime co-
pula-

pularet. Praeibat aliis, et princeps erat iuventutis nobilissimae, ac magni semper animi specimen dabat, praecipue in congressibus publicis, quid efficere posset, declarabat, neque ulla eius vitae pars laude carebat, atque in omni exercitationum genere primas tenebat, in victu elegans, in cultu decorus, proposito firmus, agendo expeditus, rectique moris retinens, atque in officiis constans. Hoc solum et fundamentum substruxit industriae, quam posuit in rebus arduis, et eo intendit vires, unde honorem studiis, et vitae decus afferret, quod excitaret alios, ut pressis alte vestigiis, sequerentur hunc ducem, neque languentium similes cessarent, neque in laudis cursu retardari se paterentur. Nihil illi gravius erat,
quam

quam latere in caligine temporum, et tenebris, perinde ut humiles et obscuri homines solent, nullum erecti animi signum dantes, et per quietis causam, otio se tradentes. Ab his aberat longissime, et abhorrebat in toga princeps, nec tritam itineribus viam insistebat, ut aequaret conditores generis, maiorumque responderet splendori. Non divinarunt hoc patres, studiorum existimatores, sed certissimis summae atque incomparabilis solertiae argumentis perpexerunt, animisque praeceperunt, quantum ille in omni seculorum memoria futurus esset, qui in curriculo gloriae nunquam haesisset ad metas, sed vehens, sine casu et prolapsione, instar victoris Olympici confecisset cursum, et obtinuisset palmam. Ita enim ab ine-

unte

unte aetate vitam instituit, ut nul-
lam prope laudis partem aequali-
bus relinqueret, et vix e xyfto, ubi
sapientes docent, egressus, Prin-
cipum oculos in se converteret,
Regumque animos ad nomen et
dignitatem suam inclinaret. Alii
alacritatem in suscipiendis, alii ce-
leritatem in conficiendis graviori-
bus negotiis propensa voluntate
comprobarunt: omnes singula-
rem agendi peritiam, qua priscos
superavit, et posteris exemplum
prodidit, summis laudibus extule-
runt. Augustus Caesar Leopoldus,
sanctum cunctis gentibus se-
culisque nomen, tempestive a-
nimadvertit maximam in obeun-
do, quod Saxo mandaverat, lega-
tionis munere solertiam, admi-
rabilem in persequendis coeptis
constantiam, incredibilem in expe-
diendis

diendis reipublicae difficultatibus
industriam, sine fastidio et fatie-
tate continuatam. Ipsius enim
in fungenda legatione mira fuit
dexteritas, cui vix iusta hominis
aetas suffectura videbatur: tan-
tam porro ex ea dignitatem retu-
lit, quam qui non viderant, cre-
dere non potuerunt. Vidit au-
tem Vindobona, et mirata est: a-
gnovit Caesar, et eximie dilexit
Legatum: contemplati sunt Re-
gum Oratores, et sua ei studia ul-
tro significarunt: Principes aulae
prolixè acceptum, honore profes-
cuti sunt, ceteri proceres ad offi-
cia prompti, ut virtutes alias, sic
praecipue suspexerunt gravita-
tem, inusitata quadam comitate
temperatam. Non somnum ce-
pit, quum summa consiliorum ei
commissa est, nec sine cura quie-
vit,

abnsib

0

vit,

vit, sicubi necessitas reipublicae
poscebat, ne respiravit quidem si-
ne sollicitudine, quando in rebus
arduis sententiam rogabatur. Sic
prospera, quae fvasit, evenerunt,
magnamque laetandi causam Sa-
xoniae attulerunt, quod foederum
patriae utilissimorum auctor, con-
silia ad pacem, defensionemque
publicam conferret, ea religione a-
nimi et integritate, qua Mucianus
quondam Vespasiano Imperatori
consuluit, et futura quasi ex altis-
sima specula prospexit. Germa-
nia multum dignitati suae addi-
tum fatetur, et tota gaudio per-
funditur illa Heroum parens, quod
talem filium in sinu foverit, qui pa-
tris deinceps locum teneret, rem-
que publicam nostratam auctori-
tate muniret, et prudentia tuere-
tur, maximeque efficeret, ut caput
et mem-

dlrc



et membra, in uno Imperii corpore, se arctius iungerent, et firmiore vinculo colligarent. Magna haec rerum moles, non ferramentis et vectibus constituta, altiusque sublata, contra impetus et iniurias temporum stabit, nec vitio diuturnitatis concidet, neque inter fulmina et ruinas loco movebitur, sed eo tutius consistet, quo vehementior erit tempestas. Illa enim vi sua opprimit erumpentem flammam, et extingvit faces, ad excitandum belli civilis incendium accensas, quum obfirmati quidam, et studio externarum partium incensi, sumptis a discordia viribus, regiam auctoritatem tentant, et evertere conantur. Qui ut legitimis Regibus obsistunt, ita mitissimo hominum generi, quod illos colit, infesti sunt, neque idonea
prae-

praebent exempla gentibus, et si-
bi ipsis periculum ac perniciem
incauti struunt, quum in bello,
quod propter pacem geritur, per-
petuam belli materiam quaerunt,
nec facile, nisi aliorum exitio, re-
quiescunt, siue summa quadam
acerbitate offensae, quam sancti-
tati Regum condonari, par est, si-
ue immanitati effervescentis odii,
quod mansuetudine, in qua ma-
gnitudo animi Deo proxima cer-
nitur, placari oportet. Quo ma-
ior est purpuratorum Principis fa-
cilitas, qui vitae instituto modera-
tionem docet, et exemplo man-
suetudinem ostendit, re quidem
vera, et nullo dubitante, dignus,
qui cum maximis omnium aeta-
tum purpuratis conferatur, sed
cum his tantummodo, qui non a-
lienis nixi vestigiis, sed suapte vir-

audiri

D

tute

tute in sublimē fastigium perve-
nerunt. Testis est Britannia, fa-
gacissimorum sedes procerum,
qvi, post Galliam, Bataviamqve
feliciter perlustratam, pro suo in
Saxones amore, venientem liben-
ter admiserunt, et fide atqve indu-
stria cognitum, ad quotidianos li-
beralesqve congressus perhonorifi-
ce adhibuerunt, atqve eum in
vitae rationibus cautum, et provi-
dum esse iudicarunt, nec minus a-
moenitate, qvam elegantia moris
delectati, viderunt se getem lau-
dis, priusqvam fruges est Saxo-
niae elargita. Sed Gallis, tanqvam
si in Gallia natus cultusqve esset,
se praestitit, et secunda laudum sua-
rum fama, semper inter eos versa-
tus, aciem mentis, et iudicii facul-
tatem approbavit gravibus, ac u-
su peritis ingeniorum existimato-
ribus,

ribus, videntibus pasim et audientibus, quae ageret, quaeve diceret, ut Germanis in regia illius gentis Vrbe commorantibus ornamento, Gallis vero ipsismet, propius eum intuentibus, admirationi esset. Gallia demum maturitatem prudentiae, et copiam consilii, atque in svadendo vim, et ubertatem tantam, in Polonia deinceps experta est, quantum animo gens illa concipere non potuit, cum arcani princeps consilii se obiceret aemulo, regnum prestanti, et simul vicinorum saluti prospiceret, quae ex istius regni fortuna pendet, et rebus ibi turbatis, repente mutatur. Quod cum ageret, perniciem a regno avertit, statumque publicum firmavit, et Herculem laboris constantia aemulatus est, non ut ille, clava arrepta feriens, sed

sed consiliorum nervis, rationisqve imperio, motus animorum temperans, et impendente rerum conversione, periculum caute sapienterqve declinans. Etsi enim difficile est, commoto mari, et coorta tempestate, navem regere, magnis fluctibus agitatam, ventisque adversis impullam, tamen ille, postquam ad gubernaculum accessit, in alto fluitantem, e periculo naufragii eripuit, atqve ut salva in portum rediret, vigilantia et labore suo effecit, coeleste illud, quod in nubibus conspicitur, signum imitatus, ut inter pluvias et fulmina, serenitatem nunciaret. Quibus rebus, quod prodigii simile visum est, Europae opinionem expectationemqve vicit, et immortalem ex his talibus consiliis gloriam consecutus est, adeo ut externi Reges
eius

eius virtuti iam confiderent, soler-
tiamque magno consensu proba-
rent, et curas pro asserenda regni li-
bertate, non obscure intelligerent,
et palam commemorarent. Gvi-
lelmus Britannorum Rex, quem
fortitudo ad seculi miraculum ex-
tulit, novo Regi, ut eius firmaret
solum, divinitus datum fatebatur.
Multi equidem in civitatibus suis,
quarum utilitati provident, magni
habentur: at nostri Consiliorum
Principis fama in omnes oras, et
regiones pervasit, atque in Bri-
tanniam et Septentrionem pene-
travit: in Belgium Cimbriamque
perlatis sunt nuncii, prudentiae il-
lius, auctoritatisque testes. Te ap-
pello, Dania, tuam testor fidem,
quae principem consilii, novo in-
signi ornatum, ad nominis immor-
talitatem excitasti, atque in eum

E

ordi-

ordinem, cui Reges praesunt, ultro
cooptasti, et amicos, foederatos ac
vicinos, communis gaudii socie-
tate coniunxisti, ut dicta et facta il-
lius suspicientes exultent, et meae
patrumque gratulationi cumulum
addant, non tantum adiutorem,
quod parum est, sed etiam archi-
dectum regalis fortunae nuncu-
pantes. Incredibilem eius con-
stantiam, et animi magnitudinem
expertae sunt gentes remotissi-
mae, illae etiam, quae trans Alpes
atque Apenninum incolunt, et ci-
tra ac ultra Pyrenaeum sedes ha-
bent, quae non ignorant exquisitis-
simas vitae rationes, et mores in
purpura sanctissimos, in primis mi-
rantur servatam semper in sum-
ma fortuna moderationem, qua
nihil suadet, quod vel suspicioni
male suadendi relinquat locum.
Est

Est ille morbus novorum plerum-
que hominum, quibus repentinus
honor mentem sensumque eripit,
ut gloria circumfluentes, aut non
capiant, aut dediscant priorem
fortunam. Non haec contagio
ad herois togati animum perma-
nat, qui ut pacis cupidissimus, ita
ab odio atque inimicitia alienissi-
mus, nulli vicinorum conflatur peri-
culum, nulli civium minatur per-
niciem, omnes aequitate, benevo-
lencia, officiis tuetur. Germani fi-
dem, et patriae caritatem aesti-
mant, magnitudinisque eius im-
pressa vestigia in animis servant.
Saxones maiorum imagines, tan-
quam Metellorum et Grachorum
proponunt ante oculos, avorum-
que gloriam in nepotibus con-
templantur, et ardore pietatis in-
flammati, nulla gratulationis offi-
cia

cia prætermittunt. Amici Saxo-
num foedere, et gaudii societate
devincti plaudunt, et vires amo-
ris vocibus publicis, ac lateribus de-
clarant, maxime Rex finitimus,
Regi nostro similitudine moris,
studii voluntatisque coniunctus,
purpuratorum maximum amat,
charumque habet, quem in con-
spectu suo stantem audivit beni-
gne, et mandata exponentem ad-
miratus est, rationes expendit, et
consilia suis quæque ponderibus
examinavit, quantumque apud se
valeant, usu intellexit, et assensu
comprobavit. Totus orbis, qua
literarum studiis floret, et culti
moris disciplina mitigatur, ad lau-
des tanti nominis conspirat, BEICH-
LINGIVM memorat, et posteritati
commendat, ne Moschis quidem,
et Scythis Thracibusque exceptis,
qvi

qvi constantiam et fidem in negotiis, ad curam regni attinentibus, explorarunt, Sarmatae praesertim, incerti eventus expectatione suspensi, cum de recuperandis patriae suae finibus, summa contentione industriae laborarent, et pro salute publica, ac gloria Sarmaticae gentis, nec molestiam, neque periculum recusarent, recepta autem Camenecia, non magis regni, quam Christiani orbis causa laetarentur. Tot et tanta sunt, quae ad ornandum firmandumque illud regnum contulit, ut magnam eorum partem multitudo mihi eripiat, et magnitudo quoque dicendi facultatem adimat, mentisque aciem praefringat. Nemo alioquin erit, cui non sit iucundissima horum omnium recordatio, quorum utilitas manifesta est, et fructus procura-

F

tione

vpp

tione salutis publicae continetur.
Absit prava cogitatio a populis Re-
gum amantibus, quos virtus sua
et fides admonent, ut grati, et of-
ficioꝝ memores sint, atque eo
magis in huius possessione laudis
insistant, quo eumulatoria sunt be-
neficia, quae apud eos collocavit.
Non eam illis mentem natura inie-
cit, ut summa herois togati orna-
menta, quibus admirabilis virtus,
tanquam gemmis distinguitur, si-
lento praetereant, multo minus
oblivione deleri patiantur. Si o-
mnes tandem, quod sperandum
non est, languore animi cessarent,
et secus, ac sua quemque religio
hortatur, facerent, atque intem-
pestive tacendo, committerent
culpam, causa irascendi posteris fo-
ret, et conquerendi de iniquissi-
ma conditione horum temporum,
qvi.

qvibus non agnoscerent bona sua
proceres, nec aestimarent inge-
nue, per qvem staret, qvominus a-
mitterentur. Maiores Sarmatarum
animi sunt, qvam ut in referenda
ei gratia, non dicam, remisfi, sed
tardi reperiantur, qvos sua sem-
per indoles ad officii constantiam
erexit, neqve unqvam sic depresfit
fortuna, ut vel a natura sua, qvae
semina gloriae indidit, recederent,
vel a sententia, qvam ratio et re-
rum usus firmavit, deduci possent
atqve dimoveri. Idem illud perpe-
tuae in eum voluntatis pignus dant
Saxones, fidemqve obligant, amo-
re et societate coniuncti, ut certa
animorum inductione credant, is-
lum in toga principem, cura atqve
consilio, auream Saxoniae aeta-
tem, qvalis sub Augustis Ottoni-
bus extitit, levatis bellorum mo-
lestiis,

lestiis, Augusti Regis II. auspicio,
renovaturum. In hanc spem Mis-
nenses praecipue ac Turingi ve-
niunt, apud quos tot seculis BEICH-
LINGII principem inter gentis pro-
ceres locum obtinuerunt, qui prae-
nobis fortunati sunt, quod serua-
runt antiquissimam Germaniae
stirpem, ut Saxoniam, cum res po-
lceret, laboribus et consiliis orna-
ret, hisque adeo rebus fieret, ut
nec Misnia praesidio, neque Saxo-
nia firmamento careret, sed Turin-
giae, maiorum altrici, imprimis o-
perae fructus constaret, quae re-
gio quondam latisime patuit, ma-
ximosque principes extulit, atque
ad Saxonum fines accesit prox-
ime, necessitudinesque mutuas
cum his contraxit, ut familiae u-
triusque gentis robur foederibus
confirmatum, ab omni labe inte-
grum

aidl

grum fervarent, posteriqve semper uno, et eodem, sibiqve simili vigore tuerentur. Hoc toto pectore optant Saxones, hoc Misniae Turingiaeque populi enixe precantur, hoc finitimi et exteri, quorum mentes non sunt disiunctae a salute Saxonum, impense cupiunt, optimumque patriae existimant, stare eodem vestigio BEICHLINGIOS, et inter seculorum gentiumque Principes florere, qui non ostentatione pompae gloriam quaerunt, sed magnitudine meritorum partam habent.

Testes rerum ab illis gestarum sunt Regum internuntii, existimatores operum ipsimet Reges. Quae vera demum gloria est, his placere, et his amicis uti, qui potestate Deum in terris referunt, et mentis altitudine cognitionem quandam, similitudinemque habent. Ad extremum nostrae clientum partes sunt, ut animos in cultu tuo defixos habeamus, et in postremo gratulantium ordine, ne primis quidem maximisque proceribus contentione studii, industriae et officii concedamus, ac religione observantiae, et

G

VOTO-



votorum assiduitate certemus invicem, et reddi-
tam merito, recuperatamque Dei et Caesaris
AVG. providentia dignitatem, nuncupatis rite
votis, gratulemur. Signa tuae, togate Princeps,
erga nos munificentiae publica extant: beneficia,
quorum magnitudinem animo consequi non
possumus, quotidianis nihilominus sermonibus
renovamus: curam pro salute Academiae sin-
gularem, et semel, iterum, ac saepius, hoc prae-
fertim tempore susceptam, maiorem esse fate-
mur ultro, quam ut verbis exprimamus. Sti-
pendia docentibus aucta, aeternam benignita-
tis tuae memoriam servant: sumptus in con-
victum publicum factos, admirantur omnes,
et beneficiarii iuvenes, quorum non cohortes,
sed copias in literatum orbem educimus, ma-
gno studiorum commodo experiuntur. Aca-
demia, patrocinii tui alumna, quae plus luminis
accepit, quam dare quondam Principi iuventu-
tis potuit, tot honoribus affecta, tot privilegiis
locupletata, et tot tantisque ornamentis cumu-
lata, perpetuam Patrono tam indulgenti, quam
constanti, pietatem profitetur, observantiam
cum omnibus, quae infinitis nominibus debet,
officiis, persancte confirmat, et pro vita ac felici-
tate tua, Patrisque maximi, Deum, patriae Stato-
rem, qui nostra omnium vota praestabit, re-
ligiosissime deprecatur.

Dixit SCHVRZELEISCHIVS.

Ung VI 3

W 18
V 17

52

GRATVLATIO

AD
ILLVSTRISSIMVM ATQVE EXCELLENTISSIMVM
DOMINVM,

DOMINVM

WOLFGANGVM

ERICVM

COMITEM

CHLINGEN,

BOYERSVERDAE, ZSCHOR-
ASELIZII, THALVIZII,
ETC. ETC.

PVBLCI PRINCIPEM,

MI POLONIARVM REGIS,

MI SAXONIAE ELECTORIS

ETC. ETC. ETC.

LLARIVM MAGNVM,

NEBROGAE ORDINIS

AVRATVM SPLENDIDISSIMVM,

HEROEM IN TOGA,

ERATI ORDINIS INDVLGENTISSIMVM;

VMQVE LITERATORVM PRAEDICATIONE

QVE ASSENSV MAXIMVM,

CVM

AIORVM DIGNITATIS INSIGNIA,

ET AB VLTIMIS GERMANIAE SECVLIS

DIDISSIMAE GENTI SVAE,

VSTISSIMI ROMANORVM IMPERATORIS,

EOPOLDI MAGNI,

RPIS FAMILIARVM SPONTE-VINDICIS,

SERVATORIS GLORIOSISSIMI,

MINIO ET PERAVSPICATO INFERRET,

PVBLCICE IN TEMPLO ARCIS,

AVCTORITATE

ACADEMIAE VITEMBERGENSIS,

IX. KALEND. MAL. A.E.C. c15 15 cc II.

VITEMBERGAE SAXONVM,

PRELO CHRISTIANI SCHROEDTERI, ACAD. TYP.

